



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

2. Dies Junii. Unicuique sua cupiditas, tempestas est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

Junius.  
inter hominem superiorem, & inferiorem acerrima  
pugna. Quapropter cum carne bellandum est, unio  
gias bellum: juxta Poëtam:

*Si timeas bellum, facias cum carne duellum.*

## 2. DIES JUNII.

Unicuique sua cupiditas, tempestas est. *S. h.  
gust. serm. de verb. Dom.*

Cupiditas in ho-  
mine, idem est  
quod tempestas  
in æquore.

I. Upiditas in corde ho-  
nis non modò move-  
la, velut in campo,  
& tempestates, velut in tem-  
pore. Quod si libeat intueri statum animi, in quo bact-  
tur cupiditas, is mente sibi fingat dromonem in pe-  
lagō vela facientem, tum oboriri primum ventus  
murmur, deinde increbescere, fluctuum voro-  
attolli, & reciproco allisu ad litora frangi, cœlum  
volvi tetricis nubibus, eripi diem opacis umbris, im-  
micare fulmina, mugire reboantium tonitruum fa-  
gores, omnia metu, & horrore compleri. Interim de-  
cumani fluctus totâ aquarum mole in navim incun-  
bunt, paulatim compages solvuntur, vela scindan-  
tur, malus frangitur sœvientibus Austris, fit vento-  
rum concursatio, & vociferatio, hebetatur animus  
neque anchoræ locus est, nec clavo, quia navis ga-  
bernaculi impatiens hinc indè in diversa raptatur  
furit tempestas, & naufragium minatur: nihil obve-  
satur omnium oculis, nisi plurima mortis imago.  
Omnium vultu est pallor, in membris tremor, in an-  
imo timor, in corde pavor, ubique immensus horro-

Junius.  
II. F.  
nem int-  
mus, nil  
(a) In ho-  
ternis af-  
increme-  
dueque,  
demonis,  
aliquan-  
hoc tam  
vigant-  
suum ca-  
brofius  
mundi j  
tendicu-  
consurg-  
manus i  
mercib  
pulis in  
rixanti  
adsabe  
stat om-  
gum. (a)  
verric  
litibus  
gum, i  
stus. H  
III.  
pressi  
faciun  
(a)  
Serm.

Junius.

Tessera.

421

II. Revocemus mentem ab Oceano, & in hominem int̄ oeamus. Quid est hic mundus in quo degimus, nisi mare, in quo vela facimus? Audi Senecam.

(a) In hoc profundum, inquietumque projecti mare alternis astibus reciprocum, & modo allevans nos subitis incrementis, modo majoribus damnis deserens, assidueque jactans, nunquam stabili consistimus loco: pendemus, & fluctuamur; alter in alterum illidimur, & aliquando naufragium facimus, semper timemus. In hoc tam procelloso, & in omnes casus exposito marina vigantibus, nullus portus, nisi mortis est. Adjiciat & suum calculum profano, etiam sacer auctor D. Ambrosius. Sic ipse: (b) Cursus hic noster in quodam salo mundi jactatur. Navigandum nobis est, & malorum vindiculis vela insinuanda sunt. Procella saevit, ventus consurgit, tempestas insanit. Si ita clavum tenueris, ut manus tuae retinenda non amittant, ad portum illibatis mercibus tendes: sin vero fluctibus adversis illis usus scopulis implicantibus, ac flatibus prepeditus, inter freta rixantia, tumidi gurgitis naufragaris, redeundum est ad faburram, &c. Quia porro in ore trium testium, stat omne verbum, accipe h̄c tertium D. Chrysologum. (c) In hujus saeculi mare tumens pompā, elatum vertice, undosum sectis, inscritā fluctuans, clamosum litibus, fremens ira, saevum perfidiā, peccatis naufragum, impietate demersum, misit piscaores suos Christus. Habet h̄c mare, vide nunc in eo tempestates.

III. Idem qui paulo antē mare, etiam in eo expressit tempestates D. Ambrosius. (d) Magnam faciunt tempestatem, multitudines cupiditatum: que

D d 3 veluti

(a) Consol. ad Polyb. c. 28. (b) De pœnit. c. 12. (c)  
Serm. 47. (d) Apidag. David. c. 5.

veluti in quodam freto corporis navigantem, hinc atq; inde perturbant, ut gubernator sui animus esse non possit, die ac nocte caliginem amoris ignorans. Idem libi: (a) Est quædam in tribulationibus interna peccatorum seu a tempesta, quando sunt foris pugna, immitores. Est aqua contradictionis, quando veluti quidam maritimis salis estu fluctuant nostræ cogitationes, ne ulla in profunda mentium, definitionis stabilitate placidantur. Accipe de eodem argumento tertium, id primi ejusdemque authoris pronuntiatum. (a) Ingentes corde turbantur, & ipsi sibi sunt propria exagitationis auctores, quando desideriorum suorum astutuntur, & quodam salo fluctuant. Quàm concinna hæc omnia conveniunt cum hodierna tessera? Quid sunt illi Typhones impetuosissimè reflantes, quam spirantes, & immoderati affectus? Quænam tam ferox in freto procella, quam in animo iracundia? Quænam in corde speranda malitia, in quo astuta invidia? Pravæ affectus, ipsi sunt fluctus, ipsi turbines, & procellæ sunt. Illis saevientibus, eripitur mentes, congregantur in intellectu tetræ nubes, ubique spissa est caligo, fiunt omnia confusè, ac perturbant summa levitas, impotentis animi inconstantia, & infieri solet in tempestate, cœlestium mercium, bonorumque sequitur jactura. Quapropter quantum mutantis naufragium, tantum fugias sequi cupidatis imperium. Quantum in te geris affectus, tantum tuus moderare affectibus. Ad illud te hortor, exclamans eum Poëta:

*Affectus generant luctus, in pectore fluctus.*